



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatvs  
Perutilis**

**Gilbertus < Tornacensis >**

**Coloniae, 1571**

**VD16 G 2034**

Cap. XXXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41678**

## TRACTAT. 145

## CAP. XXXXI.

**E**ST aliud oleum, quod dicitur Tractat  
ad Catechumenos, illo inungū de oleo  
tur Catechumeni, ut si quae macu- Catechu-  
læ inhæserint corpori aut menti, re- menorū.  
cedant ad tactum olei, sicut patet  
ex ipsa oratione, cùm dicitur: Ut  
si quæ illis inhæsere aduersantium  
spirituū reliquæ, ad tactum sancti  
olei omnes abscedant, & cætera que  
sequuntur. Dicuntur autem Catechu-  
meni propriè, qui primum de gen-  
tilitate veniunt habentes volunta-  
tem credendi in CHRISTum. Et  
quia primum præceptum est exhor-  
tationis in Deuteronom. Audi Deut. 6  
Israël, Dominus Deus tuus DEVS  
vnus est. Inde est ut is, cui per Sa-  
cerdotem quasi per Moysen De-  
us primum loquitur, Catechume-  
nus, id est, audiens nominethr: ut  
vnus agnoscens Dominum, re-  
linquat errores varios idolorum.

G 4 Om-

144 DE OFF. EPISC.

Omnes autem baptizati à Ioanne  
in pænitentia fuerunt Catechume-  
norum figura. Isti secundum consue-  
tudinem Ecclesie Romanae exorci-  
zantur: deinde accipiunt sal & oleo  
unguntur. Exorcismus autem ser-  
mo increpationis est contra immun-  
dum Spiritum, ut eius virtus pella-  
tur, ne amplius Catechumeno di-  
minetur. Unde potestas Diaboli  
exorcizatur & insufflatur in eis,  
ut erepti à potestate tenebrarum,  
transferantur in regnum Dei per  
Sacramentum Baptismatis. Hoe

Matt. 17. figurabat iste lunaticus, quem in-  
crepabat Iesus, & exiuit ab isto da-  
monium. Sal etiam datur eis, ut co-  
diantur sapientia, ut non desipient  
à fide Christi: nec retrò adspiciant

Gen. 19. sicut uxor Loth, quæ versa est in sta-  
tuam salis; hoc est, ne retrocedant,  
nec malum exemplum præbeant,  
nec in viacum uxore Loth rema-  
neant,

neant, sed se & alios condiant. Quia  
 tamen modo parvuli per se renun-  
 ciare Diabolo & credere non pos-  
 sunt, per eorum corda & ora, per  
 quos offeruntur, hoc faciunt. Unde  
 congruè prouisa est eis medicina sa-  
 lutis, ut in Sacramento fidei bapti-  
 zentur. Et per alterius fidem Deo  
 reconciliantur, qui per alterius pec-  
 catum à Deo alienati esse noscun-  
 tur. Et ideo institutum est hoc ole-  
 um ad Catechumenos initiandos,  
 & vngendos. Hoc oleo primò in pe-  
 ctore, deinde inter scapulas, deinde  
 baptizādos & vngēdos sancto Chri-  
 smate, post baptismum in vertice &  
 in fronte, ut infrà patebit.

## CAP. XXXII.

**E**odem die consecratur oleum <sup>De olce</sup>  
 sanctum, quod Chrisma dici- <sup>sancto,</sup>  
 tur, cuius figura specialiter fuit un- <sup>quod</sup>  
 guentum illud quod Moyses in Exo appella-  
 do iubente domino fecit, quo postmo <sup>Chrisma</sup>  
 tur. <sup>tur.</sup>

G S dum Exod. 30.